

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

IX. Quando iudex aut executor possit vel teneatur censura ligatum
denunciare publicè.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76667)

etiam publicè nobedias, non obinde censura ligaris, quia non aduersus præceptum, cui iudex censuram annexuit, delinquisti, sed contra præceptum iuris naturalis non resistendi potestari iuste, et si non iustus indicantur. Præterquam quod præsumti non debet. E cœlestiam velle te suis censuris ligare ob transgressionem præcepti ex falso præsumptione, & errore procedentis, quodque verum præceptum non est, utpote quod non præcepit iustum, aquinam, & rationabile.

16. Hinc fit obligacionem, quam habes abstinendi in publico ab omnibus actibus, qui per censuram prohibentur non orihi ex vi censure, neque ex præcepto, cui iudex eam annexat, ut minus verè dixerint Suar. Coninch. Laym. locis alleg. sed ex præcepto, & obligatione iuris naturalis, quo teneris censuram communit hominum sensu veram obliterare, ne potestis Ecclesiastica videaris contemptor. Quod autem ex vi censure haec non possis habere obligationem conitatis; quia illa censura nulla est, & quod nullum est, nullum præstat impedimentum. Item apparentiae censuræ non possunt competere idem effectus, qui censura vera competit. Minus oritur potest obligatio abstinendi ab actibus per censuram prohibitis ex præcepto, quo ipsa censura imponitur; quia præceptum illud nihil de hac privatione censuram ipso iure subsequenter curat, quippe versatur circa objectum longe diuersum, nempe solucionem debiti existimari, executionem matrimoniij in foro externo promissi, quod censuram, & illius effectus antecedit.

Secundum fit ob predictam censuram te non esse priuatione communione fidelium, Ecclesiæ suffragiis, iurisdictione spirituall, neque incapacitate eis beneficii recipendi, neque celebrantem fore irregularē, s; quia hi effectus censura vera annexantur, sed non illius existimatione; vti docuerunt Suar. disp. 4. sect. 7. num. 20. Coninch. disp. 13. dub. concil. 4. Aula 2. p. cap. 6. disp. 1. dub. 3. concl. 4. Layman. dictio lib. 1. tract. 5. par. 1. cap. 6. coroll. 1. Ita foro autem externo censensus es omnibus iis bonis priuat; qui in eo foro verè censura ligatus reputari. Quapropter si collatio beneficij irrita declaratur, tenebit effectum, & beneficio priuatissimo ipso factō eris, non quidem ex vi censure, sed ob communitate Ecclesiæ bonum, ne predictum beneficium alteri inuidile conferatur, vti aduertunt Layman. Suar. & Aula suffrā.

17. Refutat faciascere argumentum, num. 13. adductus. Ad primū ex D. Gregorio optimo respondet Gratian. in cap. 5. Episcopos. 1. i. q. 3. dicunt, D. Gregorium non dixit sententiam iniuste latam esse seruandam, sed timendam, timendam inquam, id est, non ex superiori contemnendam, vniq; contemneretur, si cum scandalo illam violares. Adde intelligi posse Gregorium de sententia iniusta valida, que verè, & in conscientia ligat. Ad secundum die ad valorem sententia non est sufficiens quod iudex iuste, id est, seruare iuris ordine procedat, sed insuper requiritur quod iustum præcipiat, que conditio deficit sententia ex falso præsumptione procedenti. Ad tertium admittit, posse Ecclesiastam in nomine probatum nocentem iis commodis spiritualibus priuare, si ad tuendam suam autoritatem necessarium esset, vel expediter: sed ad predictum effectum hac priuatio necessaria non est, neque expediens, satis enim autoritatis Ecclesiæ prouidetur obligatione orta ex iure naturali seruandi in facie Ecclesiæ censuram. Ad quartum constat ex probatione nostra sententia.

18. Ex dictis in hoc, & præcedentibus punctis colliges censuram aliam esse validam, aliam inuidaliam, aliam iustam, aliam iniustam: & hec alia est valida, alia iniudal; censura valida, & iusta est, cui nullus defectus opponi potest. Inulta valida, cui accidentaliter defectus inest, qualis esset si ex odio procederet, aut in propria causa, & verbo tenus, nec premisla canonica monitione. Censura vero iniusta, & inuidala substantiale defectum exigit, nempe si in inferente censuram deficiat authoritas ob interpositam appellationem, vel officij remotionem, aut si absque citatione, ordinique iudicario feratur, aut ob causam non legitimam.

P V N C T V M I X.

Quando iudex, aut executor possit, vel teneatur censura ligatum denunciare publice.

1. Potest index te declarare, cum constat censura esse ligatum.
2. Verius est non teneari.
3. Per interpositam appellationem non suspenditur denunciatio censura latra à indice ordinario. Secus à delegato.
4. Quid post Extravag. Ad uitanda.

1. **S**i certum sit te in censuram suspensionis, vel interdicti incidisse, poterit iudex quando sibi placuerit te declarare, non tam ad te teneatur. Colligitur ex Clement. 2. De poenis, vbi est fermō de suspensione. Et ex Clement. vtr. de censibus, vbi de interdicto agitur. Et tradit ex communī sententiā Suar. disp. 3. sect. 13. num. 2. Quippe censura suspensionis, & interdicti non prohibebis cum aliis communicare. Quæ poterat esse

ratio, ob quam tenetur prælaci ad declarationem procedere. Si vero in excommunicationis maioris censuram incidat, non est dubium posse Prælatum te declarare, iuxta textum in cap. pastoralis de appellationib. Quod intelligentum est de excommunicatione lata ab ipso iudice; nam si in censuram latam à iure incidas nequit index te denunciare, & declarare, quin prius proferat sententiam declaratoriam criminis, etiamque crimen notoriū sit. V.G. percussisti clericum, vel in monasterio moniliū ingressus fuisti, non te poterit iudex denunciare ut excommunicatus, quin prius declare te fuisse clerici percussorem, qui monasterium moniliū ingressum es. Quæ declaratione possita ad denunciationem procedere poterit.

2. Teneri autem ad eam declarationem facienda videtur colligi ex cap. curia 11. queb. 3. vbi Honorius inquit: Curz fit omnibus Episcopis excommunicatorum omnino nomina eam ipfis vicinis, quām suis parochianis pariter indicare, eaque in celebrati loco posita praे foribus Ecclesiæ cunctis conuenientibus incalcatrice, quatenus in vitaque diligenter excommunicatis Ecclesiasticis aditus excludatur, & excusatione causa omnibus auferatur. Verū hoc de nominari excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter subimus, & dum reatum incurrimus, & dum sententia notarim. Hæc Pontifex. In quo textu nullum est verbum præceptum indicans. Nam verbum illud. Curz fit omnibus Episcopis, idem significat, ac pro commendatione habeant. Item tolim loqui videtur de excommunicatis nominati iam declarari; quia tolos illas, & manifestos clerici percussores obligantur aii fidei vitare, iuxta Extravag. Martini V. ad uitanda scandala editam in Concilio Constantini, illuscum tantum Ecclesiasticis aditus interdicuntur. Quocirca censura cum Suar. loco allegato nullum in iure esse latum præceptum, quo alitrangit Episcopi excommunicatum declarare, & maxime ea forma, & tenore, qui præscribitur in dicto cap. curia. Sed hæc obligatio ex munere Episcopali oritur, qua tunc obligabit, quando prudentis arbitrio fuerit necessarium, vel ad excommunicari correctionem vel ad aliorum dannum praescanduum.

3. Sed inquires, an per interpositam appellationem impeditur iudex à denunciatione censuræ facienda. Responde in censuris ab ipso iudice latis, quās que certum est te contrahere, non impeditur iudex si ordinarius est ab illatum denunciatione, tamen si appellationem accepterit, vt decidatur cap. pastoralis de appellationib. At si iudex sui delegatus nequit ad denunciationem procedere appellatione admisa, vt recte aduentus A bas cap. pastoralis 5. præterea. Et 5. cum antea. num. 13. de officio delegari, per textum ibi, quia admisa appellatione definit esse index in illa causa. At in censuris à iure lati, tamen sequatur sententia declaratoria criminis, nequit index sui ordinarius, sive delegatus interposita appellatione legitima ad denunciationem procedere: quia ea appellatione posita non constat formaliter te in censuram incidere, sed folium virulenter, quatenus tali delicto est annexa censura: appellatio nomen non est à censura clare incurva, sed à declaratione delicti, cui censura annexatur, acque adeo à censura dubia, vt reddat notari. Contraut. cap. aliae mater. 1.p. § 10. num. 4. Suar. dict. p. 3. de cens. sed. 14. num. 20.

4. Addi. Nauat. in cap. cum contingat de Rescriptis. rem. 6. num. 7. appellationem semper impeditur denunciationem excommunicationis post Extravag. Ad uitanda scandala: quia facta denunciatione obligantur fideles excommunicatum vitare, qua obligatio ante denunciationem non tenetur, ac proxima de excommunicatis denunciatione videtur amplius ligari, com ob eam vitetur à fidelibus. Sed sectiū Suar. dicta sūt. 14. num. 20. contrarium censet, eo quod vitatio excommunicati non tam est vinculum ipsius excommunicati, quam aliorum fidelium, qui à communicatione cum excommunicatis prohibentur. Ipse namque excommunicatus non amplius facta denunciatione ligatur excommunicatione, quia ita est, cum aq; ante denunciationem, ac ea posita obligat à communicatione fidelium abstiner. Quia est ratio cap. pastoralis. §. verum de appella; ob quam denunciatione excommunicationis incursum subsequitur. At si posita denunciatione censura ab soluto referatur, que tamen ante denunciationem referata non esset, censet Suar. per interpositam appellationem denunciationem suspendi; quia eo casu cesar decisio dicti cap. pastoralis, liquidem posita denunciatione strictius ligatur censura, quam antea.

P V N C T V M X.

Qualiter effectus censuræ suspendi possit?

1. Enumerantur effectus censuræ.
2. Explicatur, qualiter effectus censura suspendi possit.
3. Duplicem effectum censuræ signare possumus: alium proprium, & immediatum; alterum remotum. Effectus proprius censuræ triplex est; primū s, & formalis, & in-